ni exaltávit me: non móriar, sed vivam, et narrábo ópera Dómini.

neumru, ale zůstanu živ a budu vyprávěti skutky Páně.

SECRETA – Hóstias tibi, Dómine, placatiónis offérimus: ut et delícta nostra miserátus absólvas, et nutántia corda tu dírigas. Per Dóminum nostrum.

TICHÁ MODLITBA – Oběti usmíření tobě, Pane, přinášíme, abys i poklesky naše milostivě prominul i kolísající srdce řídil. Skrze Pána našeho Ježíše Krista.

COMMUNIO *(Luc. 4, 22)* Mirabántur omnes de his, quæ procédebant de ore Dei.

K PŘIJÍMÁNÍ *(Luk. 4, 22)* Divili se všichni slovům, která vycházela z úst Božích.

POSTCOMMUNIO – Quǽsumus, omnípotens Deus: ut illíus salutáris capiámus effétum, cujus per hæc mystéria pignus accépimus. Per Dóminum nostrum.

PO PŘIJÍMÁNÍ – Prosíme, všemohoucí Bože, abychom dosáhli účinku onoho spasení, jehož záruku jsme skrze toto tajemství přijali. Skrze Pána našeho.

*V elektronické podobě najdete na* www.krasaliturgie.cz → Ke stažení → Texty ke mši svaté

# Neděle pátá po Zjevení Páně

Epištola: Dnešní Epištola přináší ještě výčet povinností, které berou na sebe poddaní nebeského Krále. Dnes slyšíme, co všecko máme konati, kdežto o třetí a čtvrtou neděli po Zjevení Páně jsme byli spíše varováni před tím, čeho se máme vystříhati.
Evangelium: Pán sám poučuje o svém Království, o jeho založení na světě a jeho osudech, které mu připraví nepřátelé; o jeho řízení a zachování pro věčné časy.

INTROITUS *(Ps. 96, 7 et 8)* Adoráte Deum, omnes Angeli ejus: audívit, et lætáta est Sion: et exsultavérunt fíliæ Judæ. *(Ps. ib. 1)* Dóminus regnávit, exsúltet terra : læténtur ínsulæ multæ. V. Glória Patri, et Fílio.

VSTUP *(Ž. 96, 7-8)* Klanějte se Bohu, všichni Andělové jeho. Uslyšel a zaradoval se Sion a plesaly dcery judské. *(Ž. tamt 1)* Pán kraluje, plesej země. Radujte se, ostrovy četné. V. Sláva Otci i Synu.

ORATIO – Famíliam tuam, quǽsumus, Dómine, contínua pietáte custódi: ut, quæ in sola spe grátiæ cæléstis innítitur, tua semper protectióne muniátur. Per Dóminum nostrum.

MODLITBA – Rodinu svou, prosíme, Pane, ustavičnou dobrotivostí oaptruj, aby, která jediné v naději na milost nebeskou spoléhá, tvou vždycky záštitou chráněna byla. Skrze Pána našeho.

LÉCTIO Epístolæ b. Pauli Apóstoli ad Colossénses *(c. 3, 12-17)*.
Fratres: Indúite vos sicut elécti Dei, sancti et dilécti, víscera misericórdiæ, benignitátem, humilitátem, modéstiam, patiéntiam: supportántes ínvicem, et donántes vobismetípsis, si quis advérsus áli-

ČTENÍ z listu svatého Pavla Apoštola ke Kolosským *(3, 12-17)*.
Bratři! Oblecte se jako vyvolenci Boží, svatí a milí, v srdečnou milosrdnost, dobrotu, pokoru, mírnost, shovívavost, snášejíce jeden druhého a odpouštějíce si vespolek, má-li kdo žalobu proti

quem habet querélam: sicut et Dóminus donávit vobis, ita et vos. Super ómnia autem hæc caritátem habéte, quod est vínculum perfectiónis: et pax Christi exsúltet in córdibus vestris, in qua et vocáti estis in uno córpore : et grati estóte. Verbum Christi hábitet in vobis abundánter, in omni sapiéntia, docéntes et commonéntes vosmetípsos psalmis, hymnis et cánticis spirituálibus, in grátia cantántes in córdibus vestris Deo. Omne, quodcúmque fácitis in verbo aut in ópere, ómnia in nómine Dómini Jesu Christi, grátia agéntes Deo et Patri per Jesum Christum, Dóminum nostrum.

jinému. Jakož i Pán odpustil vám, tak i vy. Ke všemu tomu však mějte lásku, která jest poutem dokonalosti; a pokoj Kristův, ke kterému jste byli také povoláni v jednom těle, vládni v srdcích vašich. A buďte vděčni. Slovo Kristovo přebývej ve vás hojně ve vší moudrosti, poučujte a povzbuzujte se vespolek žalmy, chvalozpěvy a písněmi duchovními, v díkůčinění je zpívajíce ve svých srdcích Bohu. Všecko, cokoli činíte slovem neb skutkem, všecko čiňte ve jménu Pána Ježíše Krista, děkujíce Bohu a Otci skrze Ježíše Krista, Pána našeho.

GRADUALE *(Ps. 101, 16-17)* Timébunt Gentes nomen tuum, Dómine, et omnes reges terræ glóriam tuam. V. Quóniam ædificávit Dóminus Sion, et vidébitur in majestáte sua.
Allelúja, allelúja. V. *(Ps. 96, 1)* Dóminus regnávit, exsúltet terra: læténtur ínsulæ multæ. Allelúja.

STUPŇOVÝ ZPĚV *(Ž. 101, 16-17)* Báti se budou národové jména tvého, Pane, a všichni králové země slávy tvé. V. Neboť vzdělal Pán Sion a viděn bude ve velebnosti své.
Aleluja, aleluja. V. *(Ž. 96, 1)* Pán kraluje, plesej země; radujte se, ostrovy četné. Aleluja.

EVANGELIUM † Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthæum *(13, 24-30)*.
In illo témpore: Dixit Jesus turbis parábolam hanc: Símile factum est regnum cælórum hómini, qui seminávit bonum semen in argo suo. Cum autem dormírent hómines, venit inimícus ejus, et superseminávit zizánia in médio trítici, et ábiit. Cum autem crevísset herba et fructum fecísset, tunc apparuérunt et zizánia. Accedéntes autem servi patrisfamílias, dixérunt ei: Dómine, nonne bonum semen seminásti in agro tuo? Unde ergo habet zizánia? Et ait illis: Inimícus homo hoc fecit. Servi autem dixérunt ei: Vis, imus, et collígimus ea? Et ait: Non: ne forte colligéntes zizánia, eradicétis simul cum eis et tríticum. Sínite útraque créscere usque ad messem, et in témpore messis dicam messóribus: Collígite primum zizánia, et alligáte ea in fascículos ad comburéndum, tríticum autem congregáte in hórreum meum.

EVANGELIUM † Pokračování sv. Evangelia podle Matouše *(13, 24-30)*.
Za onoho času řekl Pán Ježíš zástupům podobenství toto: Podobno jest království nebeské člověku, který nasel dobrého semene na svém poli. Když pak lidé spali, přišel jeho nepřítel, nasel na to koukole mezi pšenici a odešel. Když pak bylina vyrostla a vydala plod, tu ukázal se i koukol. I přistoupili služebníci hospodářovi a řekli jemu: Pane, zdali jsi nezasel dobrého semene na poli svém? Odkud tedy má koukol? On pak pravil jim: Člověk nepřítel to učinil. I řekli mu služebníci: Chceš, jdeme a sesbíráme jej? A on pravil: Ne, abyste snad sbírajíce koukol, nevytrhali spolu s ním i pšenice. Nechte oboje růst až do žní; a v čas žní řeknu žencům: Seberte nejprve koukol a svažte jej ve snopky ke spálení; pšenici však shromážděte do stodoly mé.

OFFERTORIUM *(Ps. 117, 16 et 17)* Déxtera Dómini fecit virtútem, déxtera Dómini mi-

OBĚTOVÁNÍ *(Ž. 117, 16 a 17)* Pravice Páně prokázala moc, pravice Páně mne vyvýšila;